in Budinstetin libram unam, in Hassinhusin VIII solidos. Hec omnia contulerunt marchię Misnensi, quia pars commutate villę illi pertinebat. Verum quoniam eadem villa Wincendorph dimidia pertinebat ad ecclesiam Quitlingeburgensem, predicti fratres dederunt in recompensationem eidem ecclesię annuatim duodecim[a]) libras in Hundisbol. Ut autem hec nostra donatio rata et inconvulsa permaneat, presentem inde paginam conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Huius rei testes sunt. Conradus Moguntinus archiepiscopus. Hermannus Monasteriensis episcopus. Hermannus lantgravius Thuringie. Poppo comes de Werthem. Comes de Liningen. Robertus de Durna. Marquardus dapifer. Heinricus marscalcus de Kalindin et alii quam plures.

:Signum domini Heinrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi et regis Sicilię.: (M.)

Ego Conradus imperialis aulę cancellarius vice domini Conradi Moguntini archiepiscopi tocius Germanię archicancellarii recognovi. Acta sunt hec anno domini M̊C̊LXXXX̊V̊, indictionis XIIII, regnante domino Heinrico sexto Romanorum imperatore et rege Sicilie, anno regni eius XXVI, imperii vero quinto et regni Sicilie primo; datum Gailinhusin, VI. kal. novembris.

(S.)

595.

Die Aebtissin Agnes zu Quedlinburg genehmigt den Tausch über das an das Kloster Pforte abgetretene Dorf Wenzendorf. — Zeuge: Heinrich, Marschall des Landgrafen. **1195 Nov. 10.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 107. Portenser Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturkunden S. 19. Das gut erhaltene S. der Aebtissin hängt an roth-weiß-seidenem Bande = Taf. XIV. 1. Vergl. No. 594.
Gedr.: Schöttgen, Opuscula 260.

— — presentem paginam sigilli nostri impressione roboravimus et idoneorum subscriptione confirmavimus testium. Sunt autem hii testes. Adelhelmus. Rodegerus de Lewenberc. Cono de Hohem[a]). Hermannus de Marseleue. Fridericus Orden. Hugemarus et frater suus Iohannes de Quitdelingeburc. Heinricus marscalcus lantgravii. Acta autem sunt hec anno ab incarnatione domini millesimo centesimo nonagesimo quinto, indictione[b]) quarta decima[c]), quarto idus novenbris.

(S.)

594. *a)* duodcī, *die 3 letzten Buchstaben sind auf Rasur nachgetragen.*

595. *a)* h *auf Rasur, aus* f *korrigirt.* *b)* īditione. *c)* quarta *auf Rasur und nachcorrigirt.*